Iv

1r

STATVTA
AQVASPARTÆ

In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti. Inuocato presidio Beatissime semper Virginis Dei Genitricis Marie, et Intercessione Sancte Cecilie, et Sancti Francisci Aquaspartani Populi Protectorum.

De Citationib. faciendis.

Cap. I.

Quià Citatio est de Iure Diuino: Deus. n. citauit Adam dicens, Adam, Adam, ubi es, et quià scriptum est in Iure qd in quolibet actu in quo pars lędi potest debeat citari. Idcirco Statuimus, et ordinamus, quod quicunque uoluerit aliquid ab aliquo petere uel consequi seu aliquid alicui denuntiare et protestari coràm Iudice teneat. et debeat una die prò altera ipsum contrà quem experiri aliquomodo intendit citari facere p P.B. et iuratum Nuntium communis Aquasparte, quod ueniat coràm Iudice responsurus de Iure, et talis citatio sic personaliter facta habeat uim etiàm peremptorij, si uerò dc. Baiulus eum personaliter non inuenerit teneat. facere citare eum ad domum sue habitationis, ut domestici et familiares ei hoc denuntiare possint et si in tali pa. citatione comparuerit hora statuta coràm Iudice talis citatio ualeat et teneat: sin autem iterz sequenti die citet. similiter ad domum predm. et tales citationes diuersis diebus facte habeant uim uere citationis facte personaliter, dummodò qualibet uice scribat. in actis talis citatio domi facta, et contumacia incuset. per agentem seu agere uolentem, et si citandus non haberet domicilium in Terrae Aquasparte tunc Iudex ad petitionem agere seu experiri uolentis scribat Iudici loci ubi talis citandus morat. uel domicilium habet ut ex debito sui Officij, faciat illum citari prò certa die et de citatione fidem faciat rescribendo ipsi Iudici, et hoc locum habeat, quando talis citandus

2v

aliqua ratione sortiret. Forum Aquasparte alias quia Iure cautum est, quod Actor sequat. Forum Rei non permittimus tales citationes fieri. Addimus insuper, quod si citandus reperiat. in Oppido Aq.te possit citari pro eadem die et hora.

De creatione Baiuli Cap. ij.

Cum offm. Baiuli sit adeo necessm. quod absq. eo nihil possit fieri in Iudicio siue Ciuili siue Criminali quod alicui preiudicet, uel prosit, et adeo uile sit offm. quod difficile sit Baiulum inuenire, idcirco Statuimus et ordinamus qd. Dnus Gubr. uel Rector Terre Aq.te teneat. et debeat eligere seu inuenire unum Baiulum, quod Baiulum si possibile fuerit sit fidelis, morigeratus, timens Deum et aliena non appetens que iuret ad Sta. Dei Euanga. corporalr. manu tactis scripturis, Offm. bene et fidelr. et cum diligentia facere et exercere et omnes, et quascunq. citationes commissiones bandimenta et subastationes facere secundum formam pentium Statutorum et tenorem commissionis sibi facte, et si in aliquo inuentus fuerit dolose, et fraudulenter se gerere, puniatur arbitrio Iudicis

De modo procedendi in Causis Ciuilib. Cap. iij.

Quia experientia rer. magistra docet quod propter litium prolixitatem subditi adeo in expensis fatigant. qd. sepe ex

ex paruo litigio multa incommoda et damna sequunt. prout in multis locis et maxime in Terra Ag.^{se} euenire expertum est et quod peius est, sæpissime eueniunt scandala enormia homici=dia et dissentiones ideo oriunt. Volentes igit. huic morbo execra=bili mederi, et cauillationes, et subterfugia procurator. et partiu amputare, et refrenare. Statuimus et ordinamus quod in qua=libet causa que ciuiliter uel criminaliter uel mixta agitaret. coram Iud.^{re} et Officialibus Ag.^{se} procedat. extraiudicialiter summaliter et de plano, sine strepitu e figura Iudicij et so=la facti ueritate inspecta non seruatis aliquibus solemni=tatibus à Iure Ciuili uel Canonico uel aliqua consuetudi=ne seu stylo inductis ità quod de nullitate nunquam possit opponi uel dici; uolumus tamen quod citato reo secundum formam pentium Statutor. Actor exhibeat uel oretenus fa=ciat suam petitionem describend. tamen in actis, quibuscu=que uerbis etiam ineptis dummodo mens agentis compre=hendatur, et si Reus non comparuerit incusata contuma=cia eius p Agentem ponat. petito in tenuta bonor. Rei p.º mobilium deinde immobilium, tertio nomina debitor. pro rata debiti et pro expensis legiis, et si ipse debitor suam tenutā passus infra uiginti dies, si summa petita excedat XXV. lib. si autem infra decem dies comparuerit et satisfecerit creditori de expensis tenutam ipsam recuperet, et suas de=fensiones faciat, alias post d.^{os} terminos, si actum fuerit ac=tione reali auctoritate pentis Statuti, Creditor efficiat. uerus possessor, et faciat fructus suos reseruato iure ambar.

3v

partium super Dño et proprietati: Si uero ageret personali actione tunc talis tenuta citato tamen debitore ex fide facta de debito subastet publice et palam trib. uicib. V.[z] quolibet 3.° die semel, et expeditis d. subastationib. adiudicet p secundum decretum per Iudicem causę plus offerenti et si nemo obtulerit det per Iudicem creditori insolutum pro quantitati debiti et pro expensis legitimis secundum extimationem faciendam p extimatores Communis, uel duos bonos uiros eligendos p ipsum Iudicem et si debitor anti d.[cam] extimationem perfectam uoluerit tenutam redimere id sibi liceat soluendo actualr debitum et expensas et d.° casu talis recipiens uigore suę oblationis, uel uirtute dationis insolutum efficiat uerus Dñus et possessor d.[ę] rei ac si uere emisset a d.[o] debitore pleno Iure: Si uero Reus comparuerit in termino citationis det sibi copia citationis si uoluerit et statuat terminus ad respondend. arbitrio Iudicis declarando quod secunda dilatio nullo modo concedat nisi constet de imped.[to] leg.° saltem p iuramentum tertia autem non possit concedi nisi per duos testes probet impedimentum plene. Hoc modo n. obuiatur fugę ipsius Rei, et demum legitimatis personis ubi per Procuratorem lis agat. det term. utriq. parti ad probandum quidquid uolunt et possunt et deinde receptis testib. publicet processus et det copia uolentib. cum ter.° trium dier. ad opponend. et opposita probandum si opus fuerit. et Iudex ita et taliter se gerat, quod infra tempora a pnti Statuto praefixa causa p sententiam diffinitiuam expediat.

De

De executione Instrumentorum.

Cap. IV.

Pro litium amputatione Statuimus et ordinamus, quod si contigerit aliquem habere suum debitorem in pecunia uel aliqua re quacunque ex legitima causa et super hoc habeant publicum Instrumentum, et illud produxerint coram Iudice in publicam formam non abolitum non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum, Iudex ipse decernat copiam Reo petenti cum termino quinque dierum ad opponendum et opposita probandum, tam contra Instrumentum, quam contra ipsum producentem et si infra dictum tempus non opposuerit uel opposita non probauerit cogatur debitor realiter et personaliter secundum uoluntatem debitoris, donec integre satisfecerit de quantitate petita et expensis, sed si citatus non comparuerit, sed contumax fuerit recognita eius contumacia assignetur sibi terminum trium dierum, quę assignatio termini notificetur saltem bis ad domum solitę habitationis ad comparendum et soluendum ac satisfaciendum uel suas defensiones faciendum ut supra, infra quem terminum si comparuerit uel aliquas defensiones preposuerit procedatur prout supra in primo casu statutum est. Et si autem non comparuerit in dicto termino absque aliqua pronuntia dictum Instrumentum exequatur realiter et personaliter ad uoluntatem Actoris quę omnia procedere uolumus, non solum si petat princ[ip]alis descriptus in Instrumento uel etiam si eius heres et successores uniuersales uel particulares uidelicet pro rata hereditaria siue petat eius Procurator uel heres cessionem a primo Creditore a Iure, uel presentibus Statutis concessa et siue agatur.

3 bis v

contra principalem et obligatum siue eius heredes uniuersa
les uel particulares V.z pro rata. Sed si petens magis uoluerit
tenutam sibi dari contra ipsum debitorem tunc detur tenu
ta et super ea procedat.r prout sup.a in precedenti Cap. ordi
natum; et circa subastationes et adiudicationes et datio
nes in tenutam non tamen assignetur tali obligatus ter.s ui
ginti dierum ad reluendum, sed trium tantum et liceat Acto
ri uariare in electione suprad.a et Iudex teneat.r non obsta
te acceptatione tenute etiam retinere debitorem perso
naliter prout ipse Actor uoluerit. Et pred.a locum habeant
etiam si producat.r sententia interlocutoria uel diffinitiua
uel preceptum Iudicis de soluendo si in rem transierit
iudicatam et in testam.o et in qualibet ult.a uoluntate
dummodo appareant pub.ca Instra. Volumus tamen quod
Reus ad nullam exceptionem admittat.r nisi ad exceptio
nem solutionis falsitatis, simulationis, uel in ultimis
uoluntatibus.

De modo procedendi quando produ cunt.r Apodisse siue scripture priuate Cap. V.

Quia usus apocarum et apodissarum seu priuatarum scripturarum
apud oes cum Notariorum semper haberi non possit. Statuimus
et ordinamus q. apoche seu priuate scripture manu debitoris
habeant

habeant executionem paratam et eis procedat in oib. et p omnia prout sup.ª in prox.º preced.ti Cap.º dummodo sint recognite a debitore uel heredib. eius ad quam recognitionem faciend. d.s debitor uel eius heredes cogi possint et debeant simpliciter an d.e scripture seu apoche sint scripte manu illius qui in d.s scriptis nominat. scriptor, et hoc locum habeat etiam in scripturis scriptis manu tertie persone subscriptis tamen a parti uel saltem a duob. testib. etiam scriptis manu solius debitoris, etiam si nulli testes se subscripserint et si talis respondet debent dolose ueritatem negare et probaret. p testes uel comparationem Character. seu aliu modum a Iure ordinatum d.as scripturas fuisse factas de commissione et uoluntate d.ti debitoris uel manu ipsius talis negans puniat. pena falsi, et nihil.s debitum persoluere cogatur.

De Exceptionibus Cap. VI.

Statuimus et ordinamus pro litium amputatione maiori, et pro damnis Subditor. euitandis, quod nulla exceptio peremptoria uel declinatoria uel cuiuscunq. generis, que opponeret. coram quocunq. Iudice in quacunq. causa Ciuili uel Criminali mixta uel cuiuscunq. generis non impediat, uel retardet litis ingressum, et dationem termini ad probant. et cognitionem prinpalis negocij, sed pred.e execeptiones omnes, si opposite fuerint auctoritate pntis Statuti sint et esse intelligant. reseruate in processu cae cognoscende

4v

probande ac terminande una cùm negocio pinpali post da
tionem ter. ad probant. uel postq. ceptum fuerit de meritis cause
cognosci nisi opponeret. contrà personam interuenientem in
Iudicio noie alieno V3. quod negaret. habere mandatum quo
casu talis agens nullo modo admittat. nisi mandatum pro
duceret ualidum et sufficiens secundum quod causa in qua
debet produci requirit. Nolumus tamen prohibere quin
coniunctus pro coniuncta persona admitat. secundù Iu
ris dispositionem sine mandato, si autem talis comparens
noie alieno produceret Instrum mandati in publicam for
mam quod uideat. p.a facie ualidum et sufficiens et dicat.
scriptum manu alicuius Notary in Terra Aq.te degentis uel
Castro Porcarie presumat. pro tali Instro et procedat. in cà
tanquàm cum leg.ma persona non obstanti quod pars aduer
sa diceret illum qui scripsit non esse Notum uel non esse
scriptum manu eius qui dicit. scripsisse, uel non fuisse Iu
dicem uel Officialem eum qui dicit. interposuisse auctori
tatem ut in Iudice auctorizanti cure, tutele uel inuenta
rio uel alicui alio actui nisi opponens probaret inconti
nenti V3. arbitrio Iudicis talem scribentem uel auctoran
tem non fuisse Notum uel Iudicem uel fuisse priuatam
uel inhabilem personam et nisi Iudici de cà cognoscenti ui
deret. euidentissimè tale Instrum non esse dignum fidi seu
ei non esse credendum et idl. dicimus in Instris quod di
cerent. scripta et publicata manu alicuius Noti forensis
si haberet fidem legalitatis cum sigillo Communitatis
uel

uel Iudicis, uel Dni illius loci ubi Notus degit, quo casu, uolumus de fidei, et sigillo omnino credi, nisi probaretur con trarium ut supra. Volumus etiam pro minori partium dis pendio quod si Notus suppositus Iurisdni dicti Iudicis fi dem faceret de mandato asserendo se rogatum de eo in ple na forma, stetur, et credatur eius dicto, dummodo tale dic tum in scriptis redigatur per Notum causę apud acta et ha beat acsi mandati Instrum habuisset et produxisset uali dum et sufficiens, tam contra dm Prorem quam eius Dnum et insuper ut resecent omnes cauillationes, quibus partes solent in litibus uti. Statuimus et ordinamus quod nullę exceptiones cauillosę, seu calumniosę admittantur et quod non liceat negare paternitatem, filiationem, fraternitatem, prelaturam, seu possessionem prelaturę, uel cum eum cuius manu inuenitur publicum Instrumentum esse notum, uel alia similia, et si huiusmodi exceptiones opportunę tene antur opponens probare tales exceptiones esse ueras infra terminum arbitrio Iudicis statuendum, quo termino elapso et opponenti non probanti, cogatur opponens personaliter reficere parti aduersę expensas cum effectu, et condemnet in ff. x Camerę nostrę applican. Possit etiam Iudex quando sibi uidetur, quod tales exceptiones opponantur pro calumnia uel cauillationes illas statim reijcere, et eis non obstantibus ad ulteriora procedere.

5v

De modo respondendi Positionibus Cap. VI

Quia per Positionem seu Capitulor. usus partis releuant. in multis onerib. Statuimus et ordinamus, quod quotiescunq. pars ali qua produceret Positiones, seu Capitula in Iudicio V.s in ca usis mere Ciuilib. uel mixtis Ciuilib. et Criminalib. et petierit et responderi p partem affirmatiue uel negatiue siue per ver bum credit, uel non credit deberet prius iurare ad delationem Iu dicis in propriam animam, quod Positiones seu Capla non pro ducit nec facit animo calumnie, sed pro mera ueritate et quod credit efficaciter esse ueras et uere pertinentes, seu pertinentia ad cam, in qua producunt. et tunc pars aduersa teneatur et compellat. per Iudicem ei respondere per verbum credit, uel non credit non obstante, quod allegaret de impertinentia dummodo tales Positiones non tangant de crimine directo. Volumus tamen quod responsiones que fierent Positionibus seu Caplis duplicib. uel impertinentib. seu negatiuis uel ali quo modo cauillosis, auctoritate pntis Statuti habeantur pro non factis et nullo modo preiudicent respondenti et nihils. Iudex possit tales positnes et quib. de Iure non est respondendi. ex offo Iudicis reycere et pronunciare eis non debere responderi et omnib. positionib. quib. erit res pondendi. debeat respondere antea quam ostendant. Aduo cato uel alicui persone propterq. responderi debenti qui teneat. respondere statim positionib. sibi lectis nisi Iudici videret. super aliquib. in quib. uerisimilr pars posset dubitare, dare terminum ad respondend. et responsiones debeant fieri absentib.

absentib. Aduocatu et Proc̃e respondentis et qualibet alia persona de qua esset suspitione uerbo uel nutu respondentem instrueret ad ueritatem denegandam, Statuimus etiã quod si lectis d. positionib. pars respondere nollet uel differret uel si fuerit lris ꝑ lrãs requisitus quod ueniat ad respondend. positionib. et non ueniret infra ter.m indis lris apposit.m tunc tales positiones habeant. pro confessatis ipso facto, et sine aliqua probat.ne quo ad damnum et commodũ ipsius respondere debentis. Statuimus etiam, quod si pars respondere debeat uel eius Pror assereret ipsum non posse comparere recepto Iureiurando ab ipso Proc̃e in suam animam quod non animo dilatande litis uel calumnie hoc allegat mittant. Posit.us Iudici loci ubi talis reus degit communib. expensis, quod d.as responsiones recipiat et sub sigillo remittat.

De Instantia cause prinpalis

Cap. viij.

In nobis non cessat animus lites abreuiandi ut commodis pauperum semper studeamus. Statuimus igit. et ordinamus quod quecunq. cause tam Ciuiles quam Criminales quã mixte et cuiuscunq. generis que coram Iudice seu Gub.re Aq.te agitarent. inter Actorem et Reum debeant terminari et finiri ꝑ Sentiam diffinitiuam uel habentem uim diffinitiue infra XXXX dies utiles, alias elapsis d.is

6v

XXXX dieb. utilib. instantie d.^e cause sit omnino perempta et Actor condemnet. ex quo indiligenter persecutus est suam causam in expensis aduerse partis nisi inter partes fieret compromissum uel aliquod euidens impedimentum emergeret quo casu tantundem de instantia suppleat et restituat quantum durauit impedimentum seu compromissum et si defectu Iudicis causa ipsa non expediret infra d.^{ta} tempora teneat. ipse Iudex parti lese ad damna et interesse dummodo Actor ita sollicite institerit quod infra XXX dies iuridicos omnia Iura sua actualiter exhibeat ipsi Iudici et cam instructam saltem pro parti sua reddat et Iudex infra decem dies iuridicos teneat. sententiam ferre ut supra.

De Procuratorib. constituen. a Tut. uel Curat.

Cap. IX.

Vt minori dispendio lites pupillor. et adultor. pertractent. et citius finem accipiant. Statuimus et ordinamus quod Tutores et Curatores et Administratores leg.mi auctoritate pntis Statuti possint Prorem unum uel plures constituere nomine pupilli uel adulti uel alterius cuius curam uel tutelam administrant sicut uerus D.nus facere potest cum potestati substituendi in omnib. et singulis causis tam Ciuilib. quam Criminalib. quam mixtis que agitarent. coram Iudice Aquasp.te non negamus tamen pupillis, adultis uel alijs quor.

nomine

nomine Procurator fuerit constitutus remedia restitutio-
nis in integrum, et alia à Iure eis concessum.

De forma seruan. in alienat. Minor. ut Mulier.
Cap. X.

Satis constat minores et mulieres sæpius circumueniri, mul-
tasq. fraudes contra eos ordinari. Idcirco statuimus et
ordinamus, quod minores XXV annis, pupilli, furiosi,
prodigi et mente capti et mulieres non possint aliquid
uendere, donare, permutare, cedere, uel aliquo titulo ali-
qua bona, Iura, uel actiones cuiuscumq. generis in alie-
nando inter uiuos, uel donatione causa mortis transferre
uel alio modo concedere sine presentia, et auctoritat. Tu-
toris uel Curatoris, uel alterius leg.mi administratoris, et
sine consensu duor. proximor. consanguineor., uel affinium
si consanguineus non extaret, uel unius consanguinei, uel
unius affinei V.3 si extarent et haberi poterint, et pntia, et
auctoritat. Iudicis. Mulieres uero maiores XXV annis
sine consensu supra dd.s consanguineor., seu affinium ut
supa. similr nullo modo alienare, uendere, donare cedere
uel concedere eor. Iura et actiones possint nisi seruata
forma suprada. in omnib. et per omnia preterq. de auctori-
tat. Tutoris uel Curatoris uel leg.mi administratoris, nisi ta-
les essent quib. legimus administrator dari debere, et si se
eius fieret talis contractus, donatio, alienatio, uenditio,

7v

cessio, refutatio, et distractus, presumat et intelligat esse aucto ritate pntis Statuti fictitij, dolosi, fraude pleni, et ita esse nos declaramus et non valeant ipso iure in preiudicium dd.os minor. pupillor. et Mulier. non obstanti aliquo iuramento confirmatorio, uel derogatorio seu cuiuscunq. generis Iuramenti interponat. Nihilis pars, que aliter contraheret cu dd.is personis, uel distraheret et Notus qui de pred.is rogatus fuerit non seruata pred.a forma, condamnet. de facto in poenam uiginti scutor. ab eo de facto afferendis et Camere nre applicand. et ad restitutionem ois commodi quod consecuti fuerint. Statuimus etiam, quod quoties opus fuerit uel ualde utile talib. personis contrahere, uel distrahere possit Iudex cogere suprad.os proximiores ad consentiendum uel ad docend. legitimam causam contradicendi, declarantis addimus, quod mulieres omnes possint libere testari de bonis suis hic et ubiq. locor. sine consensu, et presentia propinquor. secundum dispositionem Iuris communis.

De Successorib. ab intestato

Cap. XI.

Dignitas certe Familiar. et Agnationis per masculos conseruatur, que postea sordescit propter paupertatem, et Immago Maior. omnino deperit. Videmus etiam quod natura omnium Parens masculos predilexit et in multis foeminis pretulit, et quia a fide dignis, et Seniorib. Populi Aquasparte

accepimus

accepimus in modo succedendi in tanto tempore, quod non extat memoria in contrarium, infrascriptum succedendi modum et ordinem fuisse seruatum in Aquasparta circa successiones ab intestato. Statuimus et ordinamus quod filie foemine et descendentes ab eis in infinitum, et Neptes ex filio masculo nate et descendentes ex eis non succedant nec succedere ualeant in bonis nec hereditati Patris, Aui, Proaui uel aliorum ascendentium per lineam Paternam in infinitum ab intestato uel contratabulando testamentum donec masculi prefati uel eorum descendentes similiter masculi in infinitum per lineam directam descendentes superfuerint dummodo tales foemine dotate sint de bonis dd. ascendentium uel dotentur congrue ab excludere uolentibus debito tempore, et intelligatur congrue dotata, si fuerit dotata secundum consuetudinem domus et familie, dummodo dos talis non sit minor legitima; et si tales masculi omnes decederent sine filijs masculis, tunc et eo casu tales foemine per eos excluse uel eorum descendentes masculi restituantur auctoritate presentis Statuti ad petitionem, a qua ipse foemine erant excluse, ne melioris conditionis sint neptes uel proneptes, uel aliquando etiam extranea persona, quam ipse filie que propter masculos fuerant excluse; si uero non tractaretur de hereditate ascendentium sed solummodo transuersalium, ut si decederet aliquis intestatus uel intestabilis superstitibus patruelibus carnalibus videlicet natis ex eodem patre, uel consobrinis ex alijs masculis natis ex

8v

paterna linea, uel eorum filijs masculis in infinitum, et superstite sorore, una, uel pluribus, tunc et eo casu masculi prefati succedant ordine successiuo, secundum gradus prerogatiuam, et soror una uel plures omnino excludantur donec tales masculi superfuerint, quibus deficientibus, seruetur prout supra de filiabus ordinatum est. Statuimus etiam, quod si quis decederet absque testamento superstite matre uel aliquo attinente mediante matre, etiam si superesset soror defuncti uel eius descendentes, et superstite aliquo masculo ex latere paterno sic decedentis, Mater, et attinens predictus, non admittatur ad eius successionem neque soror uel descendentes ex ea; sed masculi predicti habeant uim succedendi propterquam quo ad legitimam, qua non intendimus matrem priuare declarantes quod omnes uocati à presenti Statuto ad successionem et exclusionem foeminarum intelligantur uocati, si sunt legitimi et naturales, et capaces hereditatum, et non sint habiti odio à Defuncto, cui succedere uolunt tempore sue mortis et stante dicto odio, intelligantur uocati alij odio non habiti ab ipso testatore in pari gradu, uel remotiori existentes et nullo existente, qui non sit odio habitus à Testatore, seruetur Jus commune quoad modum succedendi. Adijcientes, quod deficientibus masculis matrem excludentibus ut supra mater uel attinens ea mediante defuncto, de cuius hereditate agitur, reuertantur ad eius portionem et habeant acsi nunquam fuissent exclusi, quia intendimus eos excludi donec et quousque masculi supersunt; et predictum

Statutum

Statutum locum habeat in preteritis pentib. et futuris in quib. non esset Ius quesitum parti sententia transactione uel pactione aliqua, seu per litis contestationem uel per actualem possessionem in qua molestari non possit petitorio, aut possessorio aliquo. Declarantes etiam quod Mulieres supradicte dotande debeant ali et uestiri expensis heredum masculorum, donec non fuerint maritate, uel non ingresse fuerint aliquod Monasterium, et donec non fuerit dos uel legitima integraliter soluta, et si uidue remanerent uel Monasterium destituerunt, possint reuerti ad domum paternam, et habeat uictum et uestitum ponendo in dicta domo operas suas, et dotem, si ponere poterit.

De Feriis Cap. XI

Statuimus, quod in causis quibuscunque Ciuilib. uel mixtis ordinariis, uel extraordinariis et quocunque nomine nuncupentur non procedatur. neque Ius reddatur infrascriptis dieb. V3. in festiuitati Natalis D. N. Iesu Xpi cum quatuor dieb. precedentibus et omnib. dieb. sequentib. usque ad secundum diem post Epiphaniam Die Cineris cum duob. precedentib. In Festo Paschatis Resurrectionis Dni cum septem dieb. precedentib. et septem sequentib. In omnib. dieb. Veneris de Mense Martii Dies Pentecostis cum dobus sequentib. In die festiuitatis Corporis Xpi. Die Ascensionis Dni N. Iesu Xpi. In diebus festiuitatis B. Marie semper Virginis. In Natiuitate,

Conceptione Presentatione Purificatione et Assumptione Dieb. festiuitatis Apostolor. omnium, et quatuor Euangelistar. In dieb. Dominicis. In dieb. festiuitatum quatuor Doctor. Eccle. Die festo S. Francisci. Dieb. S. Cecilie S. Rochi et Sebastiani defensor. et intercessor. Aquasparte. Die Kalendar. May. In festa S. Michaelis Arcangeli S. Iois Bapte Natiuitatis et Decollationis. S. Crucis de mense May. S. Marie Magdalene S. Laurenty S. Dominici S. Clare. In festo omnium Sanctor. S. Catherine S. Lucie. Quibus diebus volumus Ius silere preterquam in maleficijs et damnis datis in quibus volumus omnes dies esse iuridicos, et alijs diebus in quib. propter aliquod bonum nuncium Populus esset in letitia. Item tempore quo Rustici incumbunt messibus hoc est a festo S. Ioannis de mense Juny usq. ad festum S. Marie de mensi Augusti.

De Suspectis et fugitiuis

Cap. XIIJ

Si quis haberet debitorem in aliqua quantitate uel re mobili et habuerit eum suspectum de fuga. Iudex teneat. dtm debitorem capere et detinere, quotiescunq. creditor iurauerit cum effectu se esse creditorem et dtm debitorem nihil possidere, et conditionem suam deteriorasse post contractum debitum et facta tali captura auctoritate pntis Statuti Creditor

etiam

etiam si non petat, tenet^r infra quatuor dies docere plene de suo credito, et quod d.^s eius debitor post contractum debitum effectus sit non soluendo, et quod facile possit effugere et elapso d.^o term.^o; et actore omnia pred.^a non probanti talis debitor debeat relaxari absq. mercede aliqua si autem creditor pred.^a probauerit detineat^r usq. ad satisfactionem debiti et expensar. Nihil^s creditor teneat^r d.^m captum alere, si non sit unde alat^r. et qui suspectum et fugitiuum capere fecit, prefe rat^r alijs creditorib. anteriorib. quibuscunq. quia Vigilantibus et non dormientib. Iura subueniunt, non tamen negamus capto, uti beneficio cessionis si uelit &c.

Quod Vir lucret^r tertiam partem dotis Vxoris.
Cap. XIV.

Statuimus, quod Vir lucret^r tertiam partem dotis date uel promisse decedente eius Vxore post Matrimonium contractum p uerba de pnti sine filijs ex quocunq. Matrimonio legitimis et naturalib. in compensatione expensar. que solent fieri a Viris circa personas Sponse, uel Vxoris dummodo pred.^s vir d.^a eius uxorem aluerit, et circa eam bene se gesserit, et in infirmitatib. et sanitate.

De Testibus Cap. XV.

Vsus Testium quam sit necessarius nemo est qui nesciat. idcirco in aliquibus Ius commune omnibus liqueat. Statuimus,

10v

quod quotiescunq. quis timeret litem futuram et testis haberet de suis Iurib. informatos possit extraiudicial. et nulla Iuris solemnitati seruata comparere coram Iudice, coram quo causa esset peragenda et petere quod d. Testes examinent. ad perpetuam rei memoriam super suis Iurib. et defensionibus, citata tamen parti secundum formam Statuti tam ad dtam. petitionem quam ad Iuramenta testium uidendum et ea parti audita super eius iustis exceptionib. et dis. testib. examinatis super predcis. et super interogatorijs partis aduerse si ea producere uoluerit, Iudex teneat. processum publicare et demum pronuntiare testib. fore et esse adhibendam fidem ad perpetuam rei memoriam si testis intentionem producentis probauerint concludenter secundum formam Iuris hoc idl. seruet. ex parti actoris, qui si iurauerit coram Iudice se habere testes ualde senes, uel ualetudinarios uel de proximo recessuros et affuturos, possit ddos. testes inducere et Iudex teneatur citata parte eos examinare et si alicui partium uisum fuerit eor. dicta publicare prout supra in reo expressum est, et eor. dictis quat. de Iure concludant credat. et fides adhibeatur omni tempore. Et si quis tales testes examinauerit contra Forenses, et tempus non pateret. quod possit fieri citatio secundum forma pntium Statutor. tunc possint dl. Testes examinari absq. dta. citate. et eis credat. dummo do infra decem dies à die examinationis facte parti aduerse talis examinatio notificet. personal. uel ad domum solite habitationis. Statuimus igit. quod Mulier maior duodecim

annis

annis, et masculi maiores quatuordecim admittant. in quacunq; causa Ciuili uel Criminali uel mixta cuiuscunq; summe et importantie sint, preter quam in Testamentis quo ad Mulieres dummodo alij sint testes idonei et si contigerit dubitari de etateb; predictor; sufficiat declaratio Judicis ex aspectu, et ne contingant odia et scandala oriri inter coniunctos. Statuimus quod Pater, Auus, Proauus, Mater Aua, Proauia et alij ascendentes nullo modo cogant testificari inter dictos eor; ascendentes in quacunq; causa et intelligant coacti si fuerit eis factum preceptum quod compareant ad testificandum uel si fuerint citati, nec maritus contra Vxorem, nec Vxor contra Virum, non Gener uel Nurus contra Socerum uel Socrum nec e contra: Quo uero ad alios relinquimus Juri dispositioni et Testimonium reddere contra filios uel filias Nepotes uel Neptes, et alios eorum descendentis, nec e contra tales eor; descendentes cogantur.

De Compromissis Cap. XVI

Ad lites dirimendas, et odia inter coniunctos remouenda. Statuimus et ordinamus quod Consanguinei et Affines usq; in tertium gradum secundum Jus Canonicum computando nec non mercatores super reb; mercantilib; socij si de societati contigerit litigari et Coloni circa laboretium cogatur ad petitionem unius partis compromittere omnes eor; lites, questiones, et differentias, que per inspectionem

11v

alicuius pub.ci Instri puri, liquidi, non aboliti, nec cancellati
nec in aliqua sui parti suspecti, uel mendosi uel alicuius apo,,
chę manu unius ex d.is partib. conscriptu uel manu tertię per,,
sonę et à duob. testib. subscriptę decidi non possint in duos eo,
rum consanguineos, Affines uel amicos communes, qui tene,,
antur, et cogi debeant d.m onus suscipere, nisi aliqua iusta
euidens et rationabilis causa arbitrio Iudicis infra duos dies
declaranda aliquem excusaret, qui Arbitri et Arbitratores,
et amicabiles compositores sint et esse debeant, et nuncupe,,
tur, et habeant auctoritatem pentis Statuti potem et facul,,
tatem d.as differentias cognoscendi terminandi et decidendi,
ac si essent Iudici ordinarij procedendo extrajudicialiter
sine strepitu et figura Iudicij et sola facti ueritati inspec,,
ta et teneant.r dicti Arbitri eodem die quo de d.o compromisso
in eos facto notitiam habuerint, assignare terminum partib.
quinq. dier. ad probandum producendum allegandum et mostrandum
omnia eor. Iura, nisi quando opus esset extra Terram Ag.tę
accedere pro aliquib. scripturis pub.cis uel ad aliquos testes
examinandos, uel ad aliquam fidem recipiendam quę ad
causam faceret, quo casu maior dilatio detur quę ipsi uide,,
retur necessaria, et elapso ter.o pred.o teneantur offerre copiam
partib. petitor. probator. et productor. cum ter.o trium dier.
ad opponendum et opposita probandum deinde conent.r pro simi,,
li partes ad concordiam reducere, quo non secuto infra duos
dies mittant { si opus fuerit } omnes scripturę utriusq. par,,
tis ad aliquem Consultorem partib. non suspectum, et si contigerit
quod

quod ambe partes concordent in aliquo ad illum eat pro con
silio habend. semper expensar. partium sin autem ad alium
in quo partes non confidunt, nec diffidunt sed secundum
Consilium p. Consultoris sententiam ferant ita et taliter
quod saltem infra viginti dies currentes causam expediant.
Si vero constaret dictis Arbitris sive Arbitratorib. de veri
tate possint sententiam ferre absq. alio Consultore et si par
tes ipse in compromisso opponerent quod tales Arbitri, et
Arbitratores possent producere et sententiare de Jure et de
facto, tali casu possint d. Arbitri et Arbitratores auferre di
Jurib. unius partis pro bono pacis et pro scandalis forse
imminentib. evitandis alteri dare in magna vel parva quã
titate prout eis omnino videbit. et placebit, nec possint a
tali laudo sententia vel arbitramento, seu declaratione
appellare reclamare de nullitate dicere vel ad arbitriũ
boni Viri recurrere vel aliquatus auxilium implorare
etiam pretextu enormissime lesionis. et ut facilius sine
expensis ad compromissum deveniat. Statuimus, quod
facta petitne de compromisso tenet. Judex infra tres dies
pronuntiare et declarare an compromissum sit faciend.
nec ne; et si pronuntiaverit compromissum esse faciend.
cogant. partes p detentionem personalem vel mulcta im
posita et omni remedio opportuno ad d.m compromissum
omni appellatne et recursu seu auxilio negato. Volumus
insuper quod si contigerit quod una pars appellare vel
let, vel ad arbitrium boni Viri recurrere in casu, in quo

12v

appellare uel recurrere non prohibetr. debeant infra duos dies appellationem etiam uiua uoce interponere, quod habeatur pro ualido, uel recursum petere a die latę sententię uel arbitramti. uel laudi uel a die notitię habitę competere. Quod pars aduersa nouos Arbitros, uel Arbitratores eligat et Iudex preds. teneatr. et debeat infra duos alios dies cogere dictas partes, et iterum compromittendum, et si pars per contumaciã absens esset, Iudex teneatr. eligere unum pro parti contumacis contumaci non inimicum; et si tales Arbitri procedendo ut supa. infra XV. dies causam ipsam expedire teneantr. et si primum laudum uel arbitramentum, uel sententia fuerit confirmata per istos secundos Arbitratores, nullus autem audiatr. uel ad appellandum uel recurrendum, sed omnino prima sententia rata maneat: si uero in aliquo uel in toto discordarent tunc iterum super illo fiat compromissum ordine supra scripto et tertij Arbitri uel Arbitratores debeant infra decem dies illud super quo secundi a primis discordarunt terminare et declarare et huic terminationi et declarationi omnino stetr. nec liceat ulterius uel appellare uel reclamare uel recurrere et omnes pti ut supa. electi teneantr. obseruare preda. quo ad expeditionem sub pena quindecim scutorum pro quolt. per quem staret uel expedito retardetr. Volumus etiam quod si contigeret, quod post acceptationem compromissi aliquis ex dictis arbitris uel arbitratoribus impediretr. aliqua iusta et rationabili causa per Iudicem declaranda cogatr. pars que illum impeditum eligit ad

alium

alium arbitrum, uel arbitratorem eligendum loco illius impe
diti: in compromissis uero uoluntarijs Iudex ad petitionem
partis se interponat cogendo arbitros ad assignandum par
tib. congruam dilationem ad producendum et mostrand.
eor. iura et procedendo extraiudicia(lite)r et sine figura Iu
dicij ipsam cam expediat infra mensem currentem secundu
potestatem eis à partibus attributam. Possint insuper
omnes arbitri et arbitratores suprad.ti precipere partibus
et testibus; sub pena que eis uidebitur, et Iudex tales pe
nas exigat et Cameræ Hostiæ applicentur de facto, et in
omnibus necessarijs eis assistat.

De Pensione domor. soluenda

Cap. XVIJ.

Statuimus, quod conducentes domos apothecas, cellaria uel
aliquod simile, si non fuerit expressum quo tempore pen
siones solui debeant, teneant. soluere medietatem pensionis
statim elapso medio tempore conductionis et alteram medie
tatem in fine conductionis, et censeat. facta tacita recon
ductio duratura per tantund. temporis, quo durauit p.a
conductio nisi infra decem dies ante finem temporis con
ductionis, uel locationis una pars alteri declarauerit nol
le persistere in locatione, uel conductione.

13v

De Edificat.ne communiu. parietu.

Cap. XVIIJ.

Statuimus, quod si contigeret quod paries communis indigeret refectione uel resarcitione, teneatur uicinus ad petitionem sui uicini contribuere in expensis facien. ind.a refectione pro rata parietis, et casu quo contribuere recusauerit possit conuicinus d.s parietem reficere uel reaptare etiam inuito alio consorte et nihilominus Iudex teneat. cogere d.m uicinum recusantem ad restituend. omnes expensas factas in d.a pariet. V3 pro rata infra terminum per ipsum Iudicem declarand. considerata qualitat. et diuitijs d.i uicini. Volumus insuper quod nemini liceat facere aliquid in pariet. Communis, per qd inferat. damnum uicino, et si paries esset proprius, ut sup.a facere fenestram, per quam inspiciatur in horto, uel cortili uel in domo conuicini et si necessarium esset facere fenestram causa luminis habendi liceat facere fenestram ferratam, ità tamen, quod p eam non possit aliquid inspici contra uicinum, nec per eam ascendere, uel descendere quod totum relinquimus arbitrio boni Iudicis. Prohibemus etiã, quod non liceat habitanti in solario superiori projcere aquã uel aliquid simile, quod possit descendere in solarium inferius possessum ab alio, et habitans in solario inferiori non possit facere fumum uel malum odorem, uel magnum rumorem, per quem habitans in solario superiori offendatur, sub pena arbitrio Iudicis statuenda, habens uero

parietem

parietem proprium debeat illum tenere ità et taliter, quod ui
cino non possit inire damnum, uèl incommodum propter uen
tum, uèl pluuiam, uèl aliqua causa.

Quod vendens debeat requirere proximiorem vicinum.
Cap. XIX.

Ordinamus ad tollendas iurgia rixas et contentiones que nas
cunt. inter concurrentes ad emendum, quod uolens uendere
aliquam rem stabilem teneat. requirere uicinum proximiorem
an uelit emere pro iusto pretio, et si non fuerint concordes de
pretio debeant stare estimationi estimator. Ciuitatis si par
tes habent eos confidatos, sin autem estimationi duor. bonor.
viror. per ipsas partes eligendor. et intelligat. proximior uici
nus qui haberet bona hereditaria rei uendende et plurib. late
rib. quam alij et si essent pares quo ad confinia intelligat.
ille qui maiorem fundum possidet uel sibi commodius esset
et si essent omnino pares sorti dirimat. et si secus aliqua
uenditio fieret possit retractari et Iudex teneat. d. rem ad
iudicare secundum distinctionem predictam.

De Termino in Confessum Cap. XX.

Statuimus quod debitor sponte confessus in Iudicio ante aliquam
probationem factam ab Actore, habeat terminum duodecim

diez. ad soluendum, et plus arbitrio Iudicis considerata facultate debitoris, et creditoris, et alijs circunstantijs, quo termino elapso fiat contra ipsum executio, secundum dispositionem presentium Statutorum.

De Iureiurando deferendo a parte parti.

Cap. XXI.

Vt lites citius terminentur. Volumus quod quotiescunque inter aliquos esset differentia de aliqua re uel summa quali magna, de qua ambe partes essent plenissime informate, puta si coram eis essen facte, uel geste, uel dicte et una partium uellet per remedium Iuris iurandi litem dimittere, teneatur facere partitum suo aduersario in scriptis coram Iudice et dare ei electionem, quod uel iuret rem non sic esse ut ponitur uel referre Iuramentum, et si dictus aduersarius noluerit deliberare, detur sibi terminus unius diei uel duorum ad deliberandum et si iurare recusauerit uel distulerit absque legitima causa Iudex teneatur deferre Iuramentum alteri parti et secundum eius Iuramentum iudicare et si per duos testis fide dignos probaretur aliqua partium percurasse puniatur de facto in XXV scutatis, et nunquam possit esse testis in Iudicio neque extra, nec in contractis neque in ultimis uoluntatibus, sed perpetuo sit infamis ipso iure et omnis declaratio seu sententia, uigore talis probati iuramenti, sit ipso iure nulla.

De

De Prescriptione salarij Mercenarior.

Cap. xxij.

Quia sepe compertum est experientia, quod Dni absq. testib. soluunt salaria eor. famulis, deinde tractu temporis discordia duce, salaria repetunt, et bis id. exigit. huic morbo mederi cupientes. Statuimus quod elapso anno post tempus locationis, et conductionis famulus non possit petere suum salarium ab illo, cui inseruiterit, si ille qui famulum conduxit asseruerit se soluisse, et id proprio iuramento comprobauerit iurando ad dilationem Iudicis se satisfecisse. Et idem Volumus seruari in heredib. illius, qui famulum conduxit, in mercenarij autem, qui in diem operas suas diuersis locant infra sex menses, eor. mercedem petere teneantur, elapsis uero sex mensibus à die operarum prestitar. iurante dicto conductore ut supra minime ad talem mercedem petendam admittantur, sed tam dictis famulis quàm mercenarijs tales casibus, omnino audientia denegetur.

De Indemnitate damnificator.

Cap. xxiij.

Ad declarationem eor. qui Iura multipliciter ponunt circa illos, qui damna patiunt, occone tertij et ad remedia danda ne mala huiusmodi ueniant. Statuimus quod quicunq. Incola et habitator Aquaspte. et Aquaspart. in Agro

teneat. et debeat quotiescunq. ab aliquo forensi diffamatur tanquam eius debitor in et taliter se gerere quod d.te diffamationi seu asserturi silentium imponat. ut iuste uel iniuste debite uel indebite aliquae represaliae concedant. contra homines, uel habitatores Terrae Aq.tae uel aliter aliquis Aquaspartanus in aliquo loco damnum uel sequestrationem in personam uel in rem aliquam patiat. alr d.c asserius debitor teneat. damnum passo ad omnes expensas, damna et interesse secundum declarationem medio Iuram.to faciend. p d.m damnum passum: Et id. Volumus obseruari si non praecedenti aliqua diffamat.ne uel assertione quis damnum pateretur occasione uel intuitu alterius, etiam si forensis esset ille, cuius occone uel intuitu damnum illatum esset et tali casu d.s forensis possit in Terra Aq.tae capi detineri, et cogi ad damni refectionem, ut supra declaratum.

De Mercede D. Gub.ris Rect.ris seu Iudicis
Cap. XXIV.

Dignus est mercenarius mercede sua. Idcirco Statuimus qd D.s Gub.r seu Rector una cum eius Hoto pro eor. mercede recipere possit pro qualibet petitione coram eis facta, seu quolibet actu bolenenum unum ab Actore, seu agere uolente; pro responsione uero incontinenti facta per aduersarium nihil soluat. pro qualt productione cuiuscunq. scripturae, bolenenu unum: pro inductione Testium, bolenenum unum; pro quolibet

quolt testi, et examine bolenenos duos, pro quolt teste. pro qualt
pronuntia diffinitiua, uel habentem uim diffinitiue, bolene
nos quatuor: pro actu prolationis Sententie bolenenum unū:
pro Sportulis uero in Causis commissarijs et causis forensiū
et si unius tantum litigatorꝫ esset forensis bolenenum unum
pro quolt floreno petito, que sportule soluant. ab ambabus
partibus; si uero peteret. res stabilis uel mobilis siue se mouens
bolenenum unum pro quolibet floreno habita considerat. esti
mationis rei petite et si pars aliqua nollet soluere suam medi
etatem pars petens sententiam ferri, teneat. totam summam
soluere et Iudex teneat. partem recusantem cogere ad re
ficiendum soluenti medietatem de facto p detentionem perso
nalem: pro executione qualt bolenenum unum pro quolt
floreno ut supra: et si contigerit quod de uoluntate partiū
iret ad uidendum aliquam differentiam, siue locum diffe
rentie; si in Terra Aquasp.te habeat bonenenos sex, si extra
Terram bolenenos sexdecim: si oporteret accedere ad mon
tem habeat Iulios tres: pro interpositione cuiuslibet de
creti bolenenos sex: pro quolibet Iuramento, quod defera
tur à parti parti bolenenos duos: pro copijs uero Actorum
et scripturarꝫ bolenenos duos pro qualt carta que carta
contineat in sè quinquaginta lineas et quelt linea habe
at uigintiquinq. sillabas: pro qualt registratione quam om
nino facere teneant. cuiuscunq. scripture bolenenos duos
pro qualt carta. Volumus etiam quod non liceat Iudici
restituere aliquod Instrum pub.m uel aliquam scripturam

publicam que fuerit in Judicijs coram eo producta tanquam originalis nisi facta suprad.a registrat.r in actis ut auferat.r materia fabricandi falsitates ut pars, contra quam producit.r, possit omni tempore copiam habere et id.l Diarius fieri de scripturis, seu apochis priuatis, ex libris rationum et alijs similib. Itẽ bolenenos duos pro quolt. non uenienti ad Consiliũ ante lectas prepositas: pro captura personali in cais ciuilib. carolenum unum, pro quolt sigillo bolenenos duos. Itẽ pro quali fideiussione tam in ciuili quam in criminali causa bolenenos duos. Itẽ a Carceratis forensib. bolenenos quatuor pro qualibet die qua fuerit detentus. Itẽ pro cassatura processus capitalis principatr uel ad in defectum, Julios quinq. pro cassatura processus mere contingentis penam pecuniariam medium bolenenum pro quolt floreno quem deuenire fecerit in Camera, et si condemnatus habuerit gratiam liberã carolenum unum in totum. Itẽ teneat.r ipse Judex curare cum effectu ita et taliter, quod statim factis pignorib. in causis ciuilib. uel mixtis dicta pignora consignent.r Camerario Coitatis ne patiat.r quod per momentum stent penes Baiulum uel Officiales exceptis pignorib. pro interesse Camere uel Coitatis, quib. casib. seruet.r Statutum infra positum sub Rubrica de Pignorib. in Tractatu de electione Camerarij Estimator. Coitatis Antianor. et Cancellarij et eor. Officio. Et que dicta sunt tam in Causis Ciuilib. eadem seruent.r in Criminalib. quo ad mercedes suprad.tas

De

De Mercede Notor. Terrigenar. et eor. Off.º

Cap. XXV.

Statuimus, quod Notarij Aquasp.te teneant. et debeant quoties fuerint requisiti se rogare de productionib. appellationum quarumcunq. de protestationibus, et interpellationib. extra iudiciarijs, et de quolt actu, de quo fuerint requisiti ab aliquo habitatore Aquasp.te exceptis his qui tenderent in preiudicium Dñor. Nror. Ill.mor. et de his actis de quibus rogati fuerint conficere pub.ca Instra in forma ualida, sub poena unius scutati auri pro qualibet uice, qua recusauerint seu pub.ca Instra de predictis non fecerint nisi aliqua causa si excusauerint. Volumus insuper quod pred.ti Notij faciant et habeant librum, siue Protocollum magnum cartulatu in quo non possit aliqua carta addi uel minui quin cognoscat. et in d.º libro scribere infra octo dies à die quo de infraptis actib. fuerint rogati extensiue et non p cifras uel ut uulgo dicitur, à lre p poste, cum omnib. clausulis necessarijs et solitis, et que ueniunt ex natura contractus ità et taliter quod intentio partium perfecte appareat et intelligat. sub pena unius scutati pro quolt Instro non sic scripto ac extenso infra d.m tempus. Volumus etiam quod si aliqua partium culpa uel dolo seu negligentia d.ti Notij aliquod damnum pateret. d.s Notus teneat. parti le se ad omnia damna expensas et interesse ad que omnia cogat. constito de predl. infra XV. dies per Iudicem Ag.te et quia omnis labor optat premium. Statuimus, quod

quilibet Notus recipere possit pro eius mercede, pro quolibet rogitu bolenenum unum, pro qualibet parti roganti; pro cassatura vero bolenenos quatuor pro quolibet Instro cassato à parti in cuius fauorem cassatur Instrum; pro rogitu vero Testamenti uel Codicillorum bolenenos sex, et si contigerit extra Terram Aqte possit petere duplum eius, quod supra dictum est, dummodo non sit necesse exire Territorium, quo casu possit recipere unum scutatum; pro extractione uero cuiuslibet Instri si fuerit summa uel deve valenta usque ad decem scutata, habeant pro sua mercede bolenenos duodecim; et à decem usque ad uiginti scutata bolenenos uiginti quatuor; à uiginti usque ad xl. scutata florenum unum; à xl. usque ad lxx carolenos decem à lxx usque ad centum scutata, scutum unum. à centum ad quamcunque summam scutata duo. Item si contigerit quod dicti Notij ad petitionem alicuius ostenderint Iudici Instra aliqua apud suum originalem habeant medietatem dicte mercedis supra scripte in quolibet casu et idem si coram Arbitris, uel Arbitratoribus ostenderint teneantur tamen dicti Notij legere et uulgari sermone declarare dicta Instra cuilibet habenti interesse, receptis bolenenis duobus pro prima uice deinde bolenenis quatuor pro qualibet uice; pro Instro uero mandati cuiuscunque generis seu tenoris carolenos duos. Item si contigerit quod extrahatur particula alicuius Instri uel Testamenti uel Codicillorum seruentur ea, que supra dicta sunt secundum quantitatem uel ualorem rei contente in dicta particula. Addimus insuper, quod quilibet Notus, nunc exercens infra

sex

sex menses et Notius facturus infra tres menses à die cre
ationis debeat totum presens Statutorum Volumen exhi
bere suis sumptibus fideliter et ad uerbum et penes se
habere sub pena unius scutati.

De mercede Procurator. et Aduocator.
Cap. XXVI.

Statuimus, quod Aduocati, quor. Offm. nobile est, teneant.
et debeant eor. offm. exercere fideliter, et cum maxima di
ligentia, ut propter eor. negligentiam uel in Curia Clien
tuli damna non patiant. sepe enim coopertum est, aliquem ca
usam perdidiss. quia minus diligenter Aduocati capitula
uerunt et Iura Capitulor. deduxerunt et sic illis damnu
intulerunt, et sibi ipsis dedecus, et iacturam anime pepe
rerunt; tenent. enim Clientulis ad interess. ut hoc presenti
Statuto volumus, et declaramus; et ne tam magnum onus si
ne condigna mercede suscipiant. Statuimus qd. Aduoca
ti recipiant, et petere possint pro eor. merced. carolenum
unum pro quolt scutato iuxta estimationem litis, et conten
tor. in libello, seu petite. cuius medietas peti possit tempore
publicationis processus et alia medietas lata sententia
diffinitiua super causa principali. Volumus etiam
quod in causis executionis recipiant, et petere possint me
dietatem suprad. mercedis et si prestarent patrocinium in

causa principali, teneantur etiam prestare in causa appellationis recipiendo solummodo medietatem eius, quod dictum est in causa principali; et si contigerit disputari super aliqua interlocutoria ante diffinitiuam, que non diffinit totam causam sed articulum tantum: petere possit pro d. patrocinio quartam partem supradicte summe; finita uero causa principali seruetur ut supra. Procuratores uero habeant et habere debeant pro eorum mercedi medietatem eius, quod debetur Aduocato in singulis casibus supradictis.

De Officio Baiuli Cap. XXVij.

Baiulus Aquasp.te habeat, et recipere possit pro qualibet citatione quam faceret in Terra Aq.te quatrenum unum, extra bolenenum medium pro quolibet miliari, et pro preceptis bolenenum unum pro quolibet precepto. Itemque quatrenum unum pro quolibet bandimento. Itemque bolenenos duos pro qualibet immissione in tenuta, seu pro quali executione, a forensibus uero recipiat duplum quantitatis predicte in omnibus causis predictis.

De Appellationibus. Cap. XXViij.

Vnicuique grauato liceat a quacunque grauamine appellare ad Illustrissimos Patronos Aq.te uel a diffinitiua sententia tam in Ciuili causa, quam in Criminali, uel mixta, uel ab interlocutoria

que

que uim diffinitiue habet infra decem dies incipiendo ab hora qua sententia seu pronuntia lata fuerit uel ab hora qua appellare uolens scientiam habuerit de huiusmodi sententiis quibus decem diebus elapsis et appellatione non facta predicta sententia seu pronuntia remaneat firma et executioni mandetur perinde ac si fuerit a partibus approbata. Et ideo dicimus in sententiis seu laudis uel arbitramentis et quibuscumque grauaminibus etiam extraordinariis ab interlocutoriis uero quibuscumque appellatio debeat interponi eadem die uel sequenti qua dicta pronuntia lata fuerit uel qua de ea notitiam pars habuerit. Declaramus quod appellans a diffinitiua uel habente uim diffinitiue debeat ita et taliter se gerere quod infra septem dies causa appellationis admittatur deinde infra V. dies pars citetur coram Iudice appellationis et infra XXV. dies causa ipsa expediatur quibus elapsis si causa ipsa non fuerit expedita diffinitiue intelligatur ipsa appellatio deserta et deserens in expensis condemnetur et pro condemnato ipso Iure habeatur nisi iustum et euidens impedimentum interueniat quo casu constito de dicto impedimento tantundem tempus restituatur appellanti quantum abstulit impedimentum et hoc ne lites protrahantur in longum et fiant immortales. Appellans uero ab interlocutoria mera ita et taliter se gerat quod infra duodecim dies causa expediatur nec possit talis appellatio iustificari nisi solum et dumtaxat ex eisdem actis ex quibus motus fuit Iudex principalis ad ita pronuntiandum

quod

et mille aliȩ probationes cuiuscunq. generis produci uel admit
ti possint. Et predª de modo procedendi procedat. tam in pri
mis quam in secundis appellationibus et reclamationib. seu
petitionib. recursus ad arbitrium boni Viri, et quibuscunque
alijs casib. et dictionib. de nullitat. Volumus etiam quod om
nes predȩ appellationes et reclamationes possint fieri etiam
uiua uoce absq. petitione aliqua apostolor. et expressione
alicuius grauaminis; sed quomodocunq. factȩ ualeant dum
modo coram Iudice a quo fiant et in actis describantur
et facta dª appellatione prefatus Iudex quod non possit
nec debeat aliquid innouare, nisi deserta demum causa
talis appellationis et reclamationis. Volumus insuper quod
appellans a quocunq. actu debeat intentari et prosequi ini
quitatem et iniustitiam primȩ sententiȩ uel pronuntiȩ,
laudi uel arbitramenti, uel cuiuscunq. alterius actus, et
nullitatum in casu in quo per Statuta Aquaspte non est
dictio nullitatis prohibita et omne aliud remedium sibi
competens contra das sententias uel pronuntias lauda
uel arbitramenta uel aliquos actus uel data sententia
super Iustitia predictor. uel deserta causa per lapsum fa
talium non possit talis appellans aliquo remedio agere,
uel se aliquo modo tueri.

Quod

Quod Doctores, et Notarij non possint fideiubere pro aliquo. Cap. XXIX.

Ne p(rese)ntes cauillationes, uel potentia Doctor(um), uel Notarior(um) liti gijs afficiant(ur), uel eor(um) reb(us) defraudent(ur). Statuimus, q(uo)d nullus Doctor uel Aduocatus, uel Notarius audeat uel presumat pro aliquo fideiubere, uel promittere in Judicio uel extra in ciuili uel criminali causa, uel alio quocunq(ue) modo et maxime ubi uertit(ur) interesse Camere Nrę, sub pena 50 (scutorum) ac rei de facto applicandor(um) prefatę Camerę, et nihil(ominu)s talis fideiussio uel promissio sit ipso iure nulla et Notarius, qui de tali fideiussione uel promissione rogatus fuerit incidat in penam uiginti scutor(um) applicandor(um) de facto, ut supra.

Quod Mulieres honestę non cogant(ur) per Judicem Rectorem, seu Gub(ernato)rem ingredi Palatium. Cap. XXX.

Vt nationalis uerecundia etiam in Oppido Aq(uapenden)tę conserue tur et politici mores uigeant. Statuimus quod honestę mulieres Aq(uapenden)tę nullo modo cogi possint Palatium ingre di pro causis Ciuilibus uel Criminalibus, uel mixtis causa testificandi, sed seruetur mos antiqus V(idelicet) exa

minent.^i in Ecclesia D. Cecilię nrę Aduocatę et Pronę presen
tib. ibid.^l aliquib. ex suis proximioribus si uero contra ipsas
procederetur in causa Criminali, discretus Judex rem
arbitrio suo moderabit, ità tamen, ut debitus pudicitię
honor semper tribuatur.

Quod Off.^les forenses non possint rogari de Contractibus initis intèr homines Aquasparte. Cap. XXXI.

Ad pub.^ca utilitatem Statuimus, quod nullus Off.^lis foren
sis exercens Off.^m Aquasp.^te possit rogari de aliquib. contrac
tib. distractib. Testamentis Codicillis uel alijs actib. quib
cunq. exceptis fideiussionib. et obligationib. ad instantia
seu pro interesse Curię faciendi sub pena ij scutor. pro quo
libet rogitu et Instrumentum inde confectum sit ipso iu
re nullum, sed si ex aliqua urgenti necessitati contigeri
d.^s Officialem rogari debeat Instrum dicti rogitus scribe
re in libro Ciuilium Coitatis Aq.^te et in pub.^a formam redi
gere, et tempore sui recessus in Cancellaria Coitatis relin
quere sub d.^a pena. Volumus etiam quod omnia acta fac
ta, omnes bastardellos, et Instra in quibus Fiscus uel
Coitas haberet interesse teneatur relinquere in Cancel
laria Coitatis, et Successori presentare.

De

De Iure summario reddendo Forensib.
Cap. XXXIJ.

Quia quotidie Aquaspartani nri infectant. ob debita particularium quorundam, et propter timorem represaliar. impediunt. in eor. negotijs, et mercantijs exercendis extra nostram Iurisdic. in maximum eor. detrimentum quia quasi omnes indi negotiationib. uersant. Vt ergo materia represaliar. amputet. et creditores iustas querelas exponere negant. Statuimus, quod in causis forensium procedat. sola facti ueritate inspecta et quocunq. die, etiam feriato in honorem Dei, et abreuient. termini ita quod expediat. causa p XV. dies citius quam causæ Terrigenar. et Iudex teneat. constito de debito, saltem p unum testem idoneum cum Iuram. partis debitorem cogere realr et personalr aduoluntatem creditoris; et si contigerit uenire ad tenutam, uel pignora talis tenuta uel pignus possit sub astari alienari, uel insolutum dari debit. ulterius non expectato.

De pena petentis plus debito, uel debitum iam solutum.
Cap. XXXIIJ.

Pro calumniosis litibus amputandis. Statuimus quod si qs petierit ab aliquo uel petere fecerit plus debito cadat a toto et in tantundem Cameræ condemnet. liceat tamen clausula

21v

salvo Iure; si vero quis petierit ante tempus, per tantundem tem
poris actio sibi deneget. quantum dilationi restabat debitori,
adeo quod dilatio duplicetur debitori: si vero quis petierit
debitum iam solutum, condemnetur reus in expensis, et Came
re, in duplum eius, quod petierit.

De pena capientis Columbos alienos, et contra eos balistrantes Cap. XXXIV.

Ad publicam utilitatem respicientes. Statuimus quod quicu
que occiderit, vel ceperit aliquo modo, vel ingenio Columbos
alienos quocunq. tempore condemnet. in XXV. libris pro
quolibet Columbo capto, vel occiso, vel debilitato: si vero
quis contra dos Columbos balistrauerit vel archibusijs vel
schioppettis vel fundis vel saxis vel alr eos perterrefecerit
studiose, vel exturbaverit puniat. pena decem librar. pro qua
libet vice. Statuimus etiam quod si quis, ut sepius evenire
comperimus ingressus fuerit Columbariam alienam inscio
Dno causa capiendi, vel expellendi vel turbandi Colum
bas, vel eor. pullos puniat. pena quinquaginta librar. denario
rum et quilibet possit accusare cum Iuram. et ei credat. si fue
rit persona fide digna et teneat. secretim, et si non fuerit
in totum persona fide digna sufficiat cum eo dictum uni
us testis fide digni et presumat. d. de causis ingressum
fuisse

fuisse, si ascenderit, seu introierit prope fenestras, ubi cubant, seu nidos faciunt et Columbi turbati, nisi fuerint exiti. Volumus tamen, quod liceat cuiq; expellere columbos agro suo semi nato frumento, non dum nato, nec non de paleareis, dummo do eos non interficiant, aut capiant.

De pena amouentis Terminos
Cap. XXXV.

Termini seue limites sunt optimi ueritatis ostensores, ac dis cordiar. aut rixar. denegatores. Idcirco Statuimus, quod si quis studiose terminum aliquem de loco suo eiecerit, uel of fenderit, uel euelserit, pena II. librar. condemnet. et termi nu in loco pristino reponere cogat. et si non constaret à quo terminus euulsus fuerit tunc contra illum presumatur ultra alias presumptiones à Iure inductas qui noluerit, uel recusauerit, quod terminus in primo eius loco reponat. Si quis uero terminum non emouerit, sed prope eum per pe dem unum commune arauerit aut aliter terram offende rit, pena XXV. librar. mulctet. et hoc intelligatur, si querela fiat ab habenti interesse.

De pena turbantis aliquem in sua possessne.
Cap. XXXVI.

Predo etiam est manutenendus in sua possessione et nemo debet ius sibi dicere, secundum dispositionem Sacrarum

legum. Merito Statuimus, quod si quis turbauerit aliquem in sua possessione, eum clàm possessione priuando, et in eam intrando, et se possessorem faciendo, puniat. pena C. librarum et possessionem restituat de facto et puniat. omni Iure quod habeat in d.a re occupata nisi id fecerit de licentia Iudicis ita mandantis causa plenissimè cognita et Iurib. partium benè discussis, uel nisi ualidum titulum habuerit à possessore predicto licentiam ingrediendi propria auctoritate. Si uero per uim aliquem sua possessionè eiecerit incidat in penam C.C. librarum et nihilominus ius, quod habet in re admittat. ipso Iure, et possessionem restituat, si uero non priuauerit possessorem sua possessione, sed eum alr extraiudicialr et de facto inquietauerit et turbauerit non patiendo possessorem pacificè possidere medietatem dictarum penarum soluere compellat. in qualibet causa predictorum et nihilominus cogat. de facto ad cauendum de non molestando, nisi Iuridicè.

In quibus bonis non liceat facere executionem.

Cap. XXXVj.

Quotiescunq contigerit per Off.les Ag.te executionem aliquam fieri in bonis mobilib. pro causis Ciuilibus, non liceat capere pro executione boues aratorios dum sunt in actu arandi, nec tegulas tecti, nec pannós de lecto, nec arma offensibilia

offensibilia, uel defensibilia debitw. existenti alr soluendo

De diebus festiuis celebrandis.

Cap. XXXVIIJ.

Dies festos uenerari in primis decet et in Sacra pagina scrip=
tum est. Sabbata santifices. Idcirco Statuimus, quod nemini
liceat in Aqta. aut eius Territus. aliquod opus manuale exerce=
re infrascriptis dieb. festiuis, sed in illis Religioni et Oratio=
nibus incumbendum est. Vz. in die Natiuitatis Dni Nostri
Iesu Xpi cum trib. dieb. sequentib. immediate; die Epiphanie;
die Circumcisionis Iesu Xpi omnib. festiuitatib. B. Virginis
omnib. festiuitatib. Apostolor, dieb. S. Sebastiani et Rocchi
et S. Cecilie nre Aduocate, die Paschatis Resurrectionis Iesu
Xpi cum duob. dieb. sequentib, in omnib. dieb. Veneris Martij
die Ascensionis Iesu Xpi; die Pentecostes: dieb. quatuor Eua=
gelistar, in die S. Crucis de Maio: in die S. Angeli de mense
Septembris, in dieb. festiuitatis S. Iohis bapte, die Conuersionis
S. Pauli, et omnib. alijs festiuitatib. celebratis p Sa. Romanam
Ecclam, sub pena XX. solidor; liceat tamen in supradictis
festiuitatib. ligna seu tigna traginare bladum ab area re=
portare aquam, foenum, paleas et herbas conducere, ligna pro
fornace incidere uel portare quando qs est in actu coquendi
calcem, lateres et tegolas, liceat etiam barcones et palearea
facere, exceptis dieb. dominicis, usq; ad horam Vesperar; lice=
at etiam in dieb. festiuis ferrare in casu necessitatis.

23v

De Pena non acatastantis suas possessiones
Cap. XXXIX.

Statuimus quod quicunq. emerit aliquam rem stabilem existentem in Territorio Aquasparte teneatur facere illam apponi in libro estime seu Catasto infra terminum unius mensis à die emptiones, sub pena duarum librarum et nihilominus onera subire cogatur, et Cancellarius Cois teneatur de consensu partis alienantis uel uiso Instrumento alienationis remouere de Catasto alienationis et ponere ad Catastum acquirentis et dictus acquirens teneatur soluere omnes datiuas onera uel subsidia ad que tenebatur alienans et teneatur Notarius de dicta alienatione rogatus ad petitionem acquirentis fidem facere de ea Cancellario receptis bolenenis duob. pro eius mercede.

Liber Extraordinariorum.

De Mensuris, et Passettis.

Cap. I.

Pro euitandis fraudibus, que in uendendo fieri solent. Statu-
imus, quod quilt Aquaspartanus, habens uel retinens aliquas
mensuras aptas ad mensurandum, granum, vinum oleum
legumina, et alia, que consistunt in pondere uel mensura
uel stateras, uel bilances, et pondera, ut uulgo dicitur,
le pese; teneat. tenere illas iustas, et illas. bullari facere a
Camerario Coitatis ad hoc deputati quolt anno in prin-
cipio anni, et qui contra fecerit in aliquo predictoz inci-
dat in penam quinq. librar. pro qualt mensura, statera,
bilance, uel alio instrumento apto ad mensurandum uel
ponderandum et qualt uice uolentes, quod Offles Aquasp.te
teneant. et debeant quolt semestre reuidere d.as mensuras
stateras, et pondera, et contra facientes punire, alias pu-
niatur ipse Officialis eadem pena.

De Plateis mundandis

Cap. II.

Judex Aq.te teneatur, et debeat quolibet die Sabbati facere
bandiri mane, quod quilibet per totam d.a diem debeat
uerrere siue scopare ante suam domum, et immunditias
asportare, sub pena quinq. solidor. pro qualibet uice,

24v

Baiulus uero debeat sub dicta pena mundare, seu scopare totam Plateam magnam more solito.

Quod nullus piscari possit in Haia quibusdam mensibus
Cap. iij

Ad commune solatium. Statuimus, quod nemini liceat mensis Martij, Aprilis, et Maij ingredi in flumen Haie animo piscandi, uel prope Haiam stare cum aliquibus instrumentis aptis ad pisces capiendos, excepto amo, nec aliquo tempore immittere calcem seu herbam aliquam ad pisces necandos, et capiendos sub poena xx. librarum in quolibet supradictorum, et instrumenta apta ad pisces capiendos amittat, Iudici applicanda, et quilibet possit accusare, et habeat quartam partem pene, et teneatur secretus.

Quod forenses soluant pro quolibet anno bolenenos quatuor pro Quartingata.
Cap. IV.

Sequentes antiquam consuetudinem Aq.e Statuimus, quod quilt forensis, habens, uel possidens bona stabilia in Territorio nro, teneatur, et obligatus sit soluere quolt anno bolenenos quatuor pro qualt terre quartingata, quam tenet uel possidet, Camerario

Camerario Coitatis. Volumus insuper, quod omnes forenses predc. qui non habent eor. bona acatastata in Catasto Communitatis Aqte. teneant. illa assignare Ansianis dte. Terre, et curare, ut infra annum à publicationis die presentium Statutorum, et in bonis acquirendis à die emptionis annotenti. in Libro Communitatis, ubi alia bona annotari solent, sub pena amissionis bonor. et ad tollendas dubitationes. Volumus, quod appellatione forensium intelligantur mulieres nupte, uel uidue habitantes extra Territorium Aquasparte, possidentes bona in dicto Territorio.

De Fornaciarijs.
Cap. V.

Fornaciarij teneant. et debeant facere lateres, seu mattones longitudinis unius pedis communis, et grossitudinis trium digitor. designator. seu scielptor. in quartingo Coitatis, et cuppos, siue tegulas, longitudinis unius pedis cum dimidio communis, et sint bene cotti et cocte et debeant facere planellas, et quatruccios eiusdt. longitudinis cuius erunt lateres.

De pena proijcientium de domo aliquid turpe in stratas pubcas Aqte. Cap. VI.

Nemini liceat proijcere de domo aliquas immunditias uel turpitudinem aliquam in stratas pubcas. sub pena medie libre

25v

qualibet uice si transeuntes non offenderent in dorsum, uel pan
nos; sin autem pena pred.a duplicetur, et damnum emendet
si quid intulerit. Nemini etiam liceat proijcere cineres
aliquos, uel feces uini aut olei uel quod simile in d.as stratas
sub d.a pena; liceat tamen habentib. domum in uicis paruis
immunditias domus ponere propè ostium sue domus et
illas postea, infrà tres dies esportare.

De pena euntes de nocte sine lumine Cap. VIJ

Nemini liceat ire de nocte post sonum campane, que pulsa
tur mandato Judicis, usq. ad sonum campane de mane ad
laudes sinè lumine euidenti, et apto sub pena medie libre
prò quolibet, declarando, quod tres socij simul euntes possint
ire cùm uno lumine et qui tali tempore inuentus fuerit
sine lumine et noluerit indicare nomen suum pena dupli
condemnet.r liceat tamen cuilibet de nocte stare ad loquen
dum simul cùm alio socio propè suam domum per tres
domos, dummodò ex aliquibus coniecturis non appa
reat ab aliquo malo animo.

De pena porcor. uacantium p Opp.du Aq.te Cap. VIIJ

Non liceat alicui dimittere porcos ut eant p Oppidum Aq.te
uagando, sub pena decem solidor. prò quolibet porco, et qualibet
uice

uice et si damnum dederint, teneatur etiam Dominus ul-
tra dictam penam ad emendationem damni.

De Ouibus et Capris non retinendis in Oppido Aq.te Cap. IX.

Nemini liceat in Terra Aq.te retinere oues, uel capras, nè
immunditiam reddant ipsam Terram, et turpe, et minus sa-
lubre, sub pena XX. solidorum, pro qualibet uice; etiam si una
tamen ouis uel capra retineretur. et hoc non intelligatur
tempore belli, uel alterius, et communis necessitatis. Idem
in porcis intelligatur, si quis ultra duos porcos retinue-
rit in dicta Terra sine licentia.

De Pizzicarolis Cap. X.

Quilibet Pizzicarolus, seu arti pizzicarie exercens, debeat
eius artem bene, et fideliter exercere absque fraude, et decep-
tione aliqua, et quotiescunque uendiderit alicui aliquid
ad d.a artem pertinens, et non iuste illam ponderauerit
uel mensurauerit, incidat in penam unius floreni, pro
qualibet uice, qua non dederit ementi iustum pondus, seu ius-
tam mensuram prout etiam ex forma antiquorum Ca-
pitulorum tenebatur. teneatur etiam obseruare sub
dicta pena omnia Capitula antiqua, que in presenti
Statuto descripta sunt, et primo.

26v

Quod d.ti Pizzicaroli debeant continuato tempore habere, et tenere panem bonum, et recipientem oleum et tondinam seu tarantellum et caseum pecudinum, quę omnia sint bona et recipientia arbitrio D. Gub.ris et hominum eligendorum per Comunitatem more solito sub d.a pena, toties soluenda, quoties contra factum fuerit et eodem modo debeat habere et retinere ad uendendum carnem salatam, et lardum porcinum. Quę omnia tali pretio uendere teneatur et lucretur solum modo lucra infrascripta. V.z in Pane et Oleo.

In primis pro quolibet quartingo tritici carolenos duos.
Item pro quolibet caldarello olei carolenos duos.
Item pro quolibet barilotto tondine seu tarantelli.
Item pro centinaro casei. Item pro quolibet centinaro carnis salatę uel lardi. Item pro quolibet centinaro piscium prout per Dnum Gub.rem et duos bonos viros in arte pizzicarię expertos determinati fuerint. Et idem fiat in alijs rebus uenalibus hic non expressis. Volumus insuper quod nemini liceat uendere aliquid de pertinentibus ad dictam pizzicariam sine licentia Pizzicaroli, sub pena unius floreni pro qualibet uice, et qualibet re uendita.

Volumus insuper, quod unicuiq. liceat emere caseum recentem quod nondum aptum sit ad gractandum à quolibet forensi uel Terrigena, et eodem modo dicimus de piscibus recentibus quando contigerit quod d.s Pizzicarolus pisces non haberet ad uendendum; addendo, quod in d.tis pizzicarolis habeat locum primum Capitulum Extraordinariorum.

sed

sed si contigerit aliquem uelle uendere aliquam rem aptá ad pizzicariam, debeat illam dare Pizzicarolo prò pretio, de quo fuerint in concordia, et si non essent concordes teneat. illam uendere prò pretio declarando per supra stantes eligendos, qui si d.s pizzicarolus recusauerit posit dictas res uendere impunè cuicunq.

De Macellarijs Cap. XI.

Macellarij Aq.læ debeant ultrà alia Capitula, que fient inter ipsos, et agentis prò Camera nra facere eorz exercitium benè, et diligenter sine fraude malitia uel dolo, et dare unicuiq. ementi carnes iustè ponderatas, et si dederint alicui minùs debito pondere, incidant in penam unius floreni, prò qualibet uice, et prò qualibet uncia carnis, in qua emptor fraudatus fuerit.

Itz. debeat tenere quolibet tempore quo eduntr. carnes castratos bonos, et recipientes, usq. ad diem Iouis, V.z horà Vesperarz. incipiendo in principio mensis Iunij.

Itz. non liceat dictis Macellarijs uendere unam carnem prò alia, puta carnes ouium prò carnibus castrati, uel carnes porcinę feminę non sanatę prò carne porci masculi, uel sanatę sub dicta pena prò qualibet uice quà tale quid commiserit, nec liceat eis ornare carnes agni uel castrati seuo, seu pinguedine caprarum, uel ouium seu hircorum castratorum uel non, sub dicta pena.

27v

Itẽ non liceat eis immittere, uel tenere in Terra Aq.æ carnes alicuius animalis morticini sub dicta pena.

Itẽ non liceat eis occidere, uel ad uendendum tenere carnes alicuius animalis, quod esset infirmus tempore quo ab eis d.l. esset occisum, sine licentia D.ni Gubernatoris, sub d.a pena.

Statuimus etiam quod nemini liceat uendere in Terra Aq.æ uel eius Territ.rio carnes alicuius generis ut uulgo dicitur, à minuto absq. licentia Macellarij. Volumus tamen quod quilt posit emere animalia uiua, et inter socios diuiderẽ (ut uulgo dicitur) à quarti, dummodo emant dictum animal uiuum à uero Domino, sub dicta pena.

Volumus etiam, quia commoditas Macellarioꝝ resultat in utilitatem Aquaspart.s, quod Macellarij posint retinere in Territ.rio Aq.tæ bestias CC. castratinas aptas ad macellum et pro illis si damnum dederint non teneant.r ad aliquam penam; sed solummodo emendent damnum, non tamen liceat dictas bestias immittere in uineas, hortos et crocum quo casu teneant.r ad penam ut alij et ne in totum Coitas incommodet.r Volumus, quod cuilt de Aq.ta liceat custodire uel reseruare pro se duas quartingatas terre, qua Macellarij non posint immittere eoꝝ bestias et si contra fecerint soluant penam; prout in damnis datis statutum est: adijcientes, quod quilibet posit accusare Macellarios contrafacientes in aliquo ex predictis Capitulis et credatur eius Iuramento cum aliquo alio inditio et teneatur secretus, et habeat tertiam partem dictarum penarum.

De

De Bestijs morticinis
Cap. xij

Consulentes communi omnium sanitati. Volumus, quod nemini liceat immittere, uel portare in Aq.tam aliquas carnes alicuius animalis occisi uel à lupis uel à canibus, uel alijs feris uel stroppiati, uel spallati uel aliter casu uel diuino iudicio, uel culpa deuastati, uel mortui sine licentia D.ni Gub.ris sub pena unius floreni, pro qualibet uice, nisi dnus uellet pro usu suo; sed liceat predictas carnes uendere extra portam cum licentia tamen Macellarij, et solaere eidem carolenum unum pro quolibet centinario.

De Molendarijs
Cap. xiij.

Ad tollendas fraudes, que quotidie committunt.r per rapaces molendarios. Statuimus, quod Molendarij non possint accipere ab illis, qui portant frumenta ad molendinū plus quā libras quinq. frumenti pro quolt quartingo macenando et ad hunc effectum debeant habere et tenere coppetellū quod sit capax solummodo de quinq. lib. grani; sed quia comperimus illos alio ingenio coppetellos ipsos maiores reddere proprijs manib. appositis ad coppetellum ut culmus maior fiat supra os cuppetelli. Volumus quod retinere debeat cuppetellos qui in fundo sint lati, in ore uero angusti, adeo quod sint latitudinis quinq. digitor. deorsum immissorum

et si in aliquo casu predictorum contra fecerint incidant in pe
nam XXV. lib. pro qualibet uice. Volentes, quod, qui non ha
bent cuppetellos in predicta forma, debeant sub dicta pena
illos inuenire, seu fieri facere infra unum mensem a die
publicationis presentium Statutorum.

De Fonte
Cap. XIV.

Nemini liceat in Fonti Aquasp.te saluberrimo, et pulcherri
mo, cuius insignia proferimus V.z intra muros ipsius Fon
tis aliquid turpe facere uel immittere pedes, aut manus
lauare, sub pena decem solidorum, pro qualibet uice nec
liceat aliquod animal intra muros d.ci Fontis ducere po
tum, sub pena XX. solidorum pro qualibet vice liceat
tamen intra d.tos muros lauare olera, et insalatas, et si qs
remouerit lapides aliquos existentes in d.o muro uel
intra muros incidat in penam XL. solidorum, et nihil s.
d.tos lapides reponere ibidem cogat.r et idem intelligatur
de alijs Fontibus existentibus in Territorio Aquasparte.
Addentes, quod in beueratorio non liceat lauare olera
neq. pannos neq. immittere cados, bigonsos, neq. ligna
aliqua sub pena medij scuti pro qualibet uice, et hoc, ut
aqua conseruetur pura, et salubris.

De

De pena proijcientium animalia mortua, uèl alios fetores extra portas.
Cap. XV.

Nemo audeat, uèl presumat proijcere animalia mortua, uel alias res turpes, et quę fętores reddere possunt, propè muros, uel portas d.^e Terre, per medium miliare nisi d.^a animalia uel res turpes aut fętidas sepelliret in àliquo loco, non tà mèn in locis pub.^s ità quod nullus malus odor aerem corrum=pere possit, uèl uitiare, sùb pena X lib. prò qualt uice, et prò qualibet re turpe. Volumus insupèr, quod eadem pęna te=neat.^r qui rudera et saxa lateribus mixta, uèl ut uulgò dicit.^r, il terraccio uèl il cocciame proiecerit infrà d.^os terminos maximè in stratis pub.^cis absq. licentia Dñi rei, uel Gub.^ris; liceat tamèn omnia predicta portare in Antonij luce.

De traginando trabes, uèl cippos.
Cap. XVI.

Statuimus, quod nemini liceat traginare, et immittere intrà Terram Aquasparte trabes, uèl cippos, uèl aliquod lignũ ad fabricam, intelligendo tamèn usq. ad domum Octauian. extrà muros portę veteris, nè strata salciata deuastetur, idb intelligat.^r de porta noua, quod intrà pontem portę nouę nemini liceat immittere aliquid de supradictis, uèl traginare, sùb pęna unius scutati prò qualibet uice.

29v

De Porcis, et Asinis et Bobus et omnib. alijs animalib. quadrupedis non retinendis in carbonarijs.

Cap. XVij.

Statuimus quod nemini liceat immittere, tenere ad pascendum in carbonarijs Aq.te boues, asinos, porcos et alia animalia quadrupeda omni tempore, sub pena lib. quatuor pro bestia grossa pro ouibus et capris unius solidi pro qualt uice, intelligendo carbonaria ripam superiorem prope menia: excipimus tamen forenses, transeuntes cum bestiis, qui non habent notitiam Statuti.

Libellus de Off.o et Elect.ne quarũdam personarum.

De Electione Offo. et mercede Camerarij. Cap. I.

Statuimus, quod eligant.r et imbussulent.r ex hominib. et habitatorib. Aq.tę continuus tres Viri bone opinionis et fame arbitrio Dni Gub.ris et Antianorũ, qui sciant legere et scribere ut sint apti ad computa et rones faciendas et tenendas, qui uocentur Camerarij siue Depositarij Communis, et quolibet anno Kalendis Januarij extrahat.r unus qui p totum illum annum exerceat off.um suum et sic de triennio in triennium fiat d.a electio et imbussulatio de magis idoneis et finitis dictis imbussulatis eligant.r noui qui succedant veterib. Et volumus quod Camerarij siue Depositarij offitium, sit in primis et ante omnia exigere omnia subsidia impositiones, et exactiones, quascunq. imponenda et imponendas, tam per nos, et nros successores quam p Communitatem Aq.tę suo tempore ita, et taliter, quod successores non teneant.r exigere non exacta per Camerarium preteritum, sed ipse Camerarius preteritus, etiam finito off.o debeat exigere ea quę suo tempore non exegit, et imposita fuerunt, exceptis his, quę essent inexegibilia quę debeant assignare finito eius off.o Antianis, et Camerario nouo. Itẽ debeat exigere omnia credita Communis cuiuscunq. generis, et pro predc.is exercendis, et exigendis, habeat pro sua

mercede, pro subsidio exacto solidum unum pro quali lib. quam
exigerit, et pro alijs creditis Cois quatrenum unum pro quali lib.
quam exigerit expensis soluere debentis. Volumus etiam qd. ad
offm. d.i Camerarij pertineat aiustare et bullare quolibet anno in pri
cipio sui officij omnes mensuras, bilancias et stateras, et omnia
alia instra apta ad mensurandum et ponderandum, et habeat
pro sua mercede solidos duos pro quali mensura, statera, bilancea
uel aliquo instro ad ponderand. et mensurand. ut supra et si
sigillauerit aliquid ex dictis instrumentis, quod non sit ius
tum, incidat in penam x. librar. ipse Camerarius:
Volumus insuper quod ds. Camerarius debeat ponere et custodire
bene et diligenter omnia et singula pignora facienda in ca
usis ciuilib. et in eius libro annotare diligenter diem da
ti et restituti uel uenditi pignoris, nomen domini pignoris
cum signis ipsius pignoris, et nomen illius ad cuius instan
tiam pignus fuit acceptum, et nomen Offtis. seu Baiuli qui
dm. pignus detulit et pro quanta quantitate fuit acceptu
et curare ut elapsis terminis de quib. supra in Statuto, de
modo procedendi in causis ciuilibus, dicta pignora sub
astentur, et uendantur, uel insolidum dent. prout in do.
Capitulo continet. et si maiori pretio uenderet. uel estimaret.
illud plus restituat. dno pignoris debeant etiam dicta
pignora bene et diligenter custodire ne deuastentur, uel
perdant. quod si acciderit culpa uel negligentia Camera
rij teneat. domino pignoris ad interesse. Volumus etiam
quod ds. Camerarius teneat. soluere Offitiali, seu Baiulo

executnem

executionem debitam executori, quam retinere possit tempo
re venditionis, vel restitutionis pignoris et habeat d.^{tus} Came
rarius pro eius mercede, et labore de pretio pignoris bole
nenum unum pro quolibet floreno.

Volumus insuper, quod prefatus Camerarius non possit expen
dere aliquas pecunias Communis, sine expressa licentia
Antianorum, et bullecta manu Cancellarij; et si contigerit
ipsum aliquam quantitatem pecuniarum recipere vigore
alicuius bullecte, debeat eam tergo d.^e bullecte confiteri
se recepisse, et bullectam remittere Cancellario et exacta
vel expensa de d.^a commisione Antianorum debeat descri
bere in bastardello particulari apponendo diem summam
certam, et determinatam expensam, et nomen illius, cui
solutio facta fuerit, et causam propter quam expensam fue
rit, ita ut Co(mun)itas possit certificari usque ad nummulum sub
pena d.^o Camerario contra facienti viginti quinque lib. pro
qualibet partita que facta esset contra presens Capitolum.
et quia quilibet debet reddere rationem sue negotiationis.
Statuimus quod finito anno, teneatur reddere rationem
de omnibus exactis solutis et gestis per ipsum novis Antianis
et Camerario coram D.^o Gub.^{re} et libros ac bastardellos
sue negotiationis restituere, et reponantur et conserventur
inter alias scripturas Communis quod si facere neglexe
rit incidat in supra d.^{tam} penam. Adijcientes, quod d.^s
Camerarius sit exemptus ab omnibus oneribus perso
nalibus tempore sui officij imponendis.

De Electione, et Off.° Estimator.;
et Terminator. Communitatis
Cap. 11.

Statuimus, quod eligant.r octo uel decem Massarij ex hominib.
et continuis habitantib. Aq.te de magis idoneis, et prouuidis,
qui imbussulari debeant, et in principio anni extrahant.r
de d.o bussulo duo pro quol.t anno qui postquam fuerint ex
tracti debeant iurare in manib. Gub.ris de bene, et fideliter eor.
off.m exercendo, quor. officium sit estimare omnia damna
que fieri, et euenire possent in Territorio Aquasparte ad pe
titionem cuiuscunq. pretendentis interesse, et estimationes
referre in Judicio, uel cuicunq. estimare facienti placuerit.
Ite. cognoscere decidere et terminare omnes differentias
uertentes inter aliquos super affinibus agror. seu uiarum
publicar. uel uicinalium uel actus, uel itineris; pertineat
etiam ad eor. off.um quol.t anno de mens.e Maij reuidere om
nes uias, seu stratas publicas, et uicinales in Territ.is Aq.te
et precipue uiam Flaminiam et notificare uicinis quod de
beant d.as uias reaptare, et in debitam latitudinem redi
gere et ramos arbor. pendentes, et uirgulta impedientia
aliquo modo transeuntes incidere, et ubi aqua uel aliud
aliquid redderet transeuntib. impedimentum, illud quocun
que sit remouere et salciare ubi opus fuerit, et quando con
tigerit, quod expensa esset magna, curent quod alij de Aq.ta
contribuant, prout eis uidebit.r expedire, imponendo penam

x

x. lib. contrafacienti, in quam ex nunc Volumus omnes ino
bedientes incurrere, et debeant tales suprad.os inobedientes
denuntiare, et deferre D. Gub.ri Aq.e quod eos punire debeat
ut supra; et si contigerit, quod aliqua uia publica deuastet.
ita quod impossibilis esset eius reparatio, siue propter im
petum aquarum, siue chasmati, siue lamia, si non uitio culpa
uel negligentia alicuius uicini, teneat. uiam dirigere et ter
minare super fundum ipsius culposi magis commodum et
aptum, soluta d.o uicino competenti mercede per alios uici
nos; si uero in culpa uel negligentia alicuius ex uicinis
uia dirigat. et terminet. super fundum dicti culposi, si
commode fieri possit absq. solutione alicuius pretij, sin
autem totum pretium soluere teneatur conuicinus qui uiam
dederit, quod pretium declaretur considerata qualitate
possessionis ad quam Dominus uerisimiliter propter eius
qualitates habent affectionem sepe enim in paruo ter
reno consistit magna commoditas, uel utilitas possessio
nis, et si prefati Terminatores et estimatores in aliquo
predictorum fuerint negligentes et maxime circa reap
tationem, et conseruationem uiarum publicarum inci
dant in penam decem librarum pro qualibet uice et ni
hilominus pred.a facere cogant. Volumus etiam quod si
contigerit quod unus ex dictis Terminatoribus esset ab
sens, uel impeditus aliquo modo possit consocius eligere
unum idoneum qui assistat sibi durante impedimento d.o
ad d.m off.m exercendum, et gesta per ipsos ualeant,

32v

perindi, ac si alius estimator extractus fuisset pens et fecisset.
Volumus etiam, quod pro mercede suor. labor. habeant d.ti Esti=
matores, et Terminatores bolenenum pro quoli et quali es=
timatione, et quoli termino pro eos affixo, et pro quoli die
quo irent ad d.tas differentias decidendas, et d.m eor. off.o p
annum durare uolumus, ut supra.
Volumus etiam licere cuilibet requisito, idoneo tamen es=
timare damna, quando propter temporis breuitatem dam=
num passus non potest recurrere ad estimatores pred.os et
teneant. dictam estimationem referre estimatoribus
Communis cum Iuramento, uel D. Gubernatori.

De Pignoribus Cap. iij

Quotiescunq. contigerit fieri pignora in rebus mobilibus, ex
aliqua causa pro interesse, et penis Camere nostre uel
pro interesse aliquo Communitatis Aquasp.te liceat Gu=
bernatori, et Offitialib. d.a pignora ponere apud hebreum
uel aliam personam amicabilem, que uellet soluere pro
eis suprad.is debitoribus, uel uidere, casu quo aliter pecu=
nia haberi non possit, et dicta pignora dentur plus offe=
renti et omnis mora talibus casibus remoueatur, in alijs
uero casibus seruentur Statuta de materia loquentia
fiat tamen dicta subastatio semel, aut bis ad libitum
Gubernatoris, et Antianor. pro tempore existentium.

De

De Electione, et Off.o Antianor.

Cap. IV.

Statuimus, quod per Consilium gnale Aq.te eligant.r p Dnum Gub.rem et Antianos pro tempore existentes, in Festiuitatibus Natiuitatis Dni Nri Jesu Xpi IIV. Viri de Senioribus et continuis commorantib. in Aq.ta practicis et expertis, qui debeant imbussulari in Bussulo Antianor. Ita nomina trium Viror., pro quali pallotta cerea, et deinde p octo dies ante principium mensis extrahi de d.o Bussulo pallotta una et aperiri, et illa quatuor nomina inclusa in d.a pallotta sint, et nominent.r Priores seu Antiani, et Off.um Antianatus exercere teneant.r per duos menses immediate sequentes quo tempore debeant prius Jureiurando in manib. D. Gubernatoris de fideliter eorum Off.m exercendo, et non ueniendo contra Statum Ill.mor. uel Coitatem Aq.te et coniurationes, ordinamenta, seu tractatus, quod in nostrum damnum euenire posset, statim reuelando et de inimicis nostris seriectis defendendo, siue accusando curent ita et taliter quod res et bona, tam Ill.mor. quam Coitatis conseruent.r et amplient.r nec non Concilia, quando opus fuerit pro communi utilitati, uel necessitati congregare et ordinata et eis imposita executioni mandare: Nec non debeant oia negocia Coitatis gerere et utilia facere. Ita quas libet anno in Festo D. Rocchi et Sebastiani ad eor. honorem Officium facere celebrari, et pro d.o Off.o expendere quicquid eis uidebit.r et placebit, in reliquis uero non possint, nec

debeant aliquid erogare de bonis pecunia Coitatis absq. li
centia Concilij, et quando opus fuerit aliquid expendere teneant.
per manus Cancellarij Communis bulleotas Camerario dirige
re, scribendo quod debeat soluere tali ex tali causa tamen
uel expendere in emendis talibus rebus ad tale effectum tā
tam pecuniar. quantitatem prout casus euenerint prohiben
tes prefatis Antianis quod duranti eor. Offo. non possint re
cipere aliquas pecunias uel res Communis uel exigere sed
curent ut medianti bullecta ad manus Camerarij peruenī
ant omnia que tempore eor. Officij debent uel possunt exi
gi noie Coitatis, possint tamen d. Antiani facere expensas
que superueniunt d. Coitati ex improuiso, et requirunt
quandam celeritatem adeo quod Concilium gnale conuo
cari non possit de ordine tamen et consuetudine D. Gub.ris et
quinq. uel sex Massarior. qui commode haberi possunt in
illis extremitatib. Volumus etiam quod duranti eor. Offo.
